



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

76. An qui elegit aliquam ex commutationibus, & aliis renunciavit, possit
redire ad prius votum, vel ad aliam commutationem? Ex p. 3. tr. addit. res.
18.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76432](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76432)

3. Idque dicendum est, cum vtraque materia est æquæ grata Deo, nil refert vtrillarum eligatur.

4. Sed notandum est, quod materia subrogatam euidenter constare debet esse æqualem, nam si sit dubia, non erit licita talis commutatio, quia in dubio melior est conditio possidentis, sed in tali casu votum possidet. Ergo illud adimplendum est. Ita Arag. & alij. *vbi supra.*

5. Notandum est etiam, ex mente aduersariorum, quicquid asserat Suar. *vbi supra* c. 20. num. 9. & cap. 19. num. 14. quod quamvis commutatio voti sit facta propria autoritate in bonum æquale, aut minus; non est omnino irrita, sed tenetur vouens vel prius votum implere, vel supplere quod commutationi defuit, vt esset in bonum euidenter melius; quare sufficit tunc propria autoritate supplere, quod ad euidenter melius sufficiebat. Ita Sanchez. *in summ. tom. 1. lib. 4. c. 5. n. 11. & 12.*

6. Sed secundum aliam opinionem probabilem non tenebit aliquid aliud supplere, quia sufficit, vt diximus, quod votum commutetur in æquale, etiam autoritate solum ipsius vouentis.

RESOL. LXXV.

An post commutationem voti licitum sit vouenti redire ad prius votum, etiam si commutatio facta sit in melius? Et quid, si vouens acceptaret commutationem in melius? Ex part. 2. tract. 16. & Misc. 2. Ref. 6.

§. 1. **N**egatiue respondet Filliuc, *in suis quæ moral. tom. 2. tract. 26. c. 10. n. 288.* Suarez de *matrim. tom. 2. lib. 8. disp. 9. num. 21.* & præter Doctores quos citat, & sequitur Bonac. *tr. de legib. disp. 4. quæ 2. punct. 7. §. 3. num. 10.* tenet etiam hanc opinionem Io. Malderus *in 2.2. r. 10. C. 5. dub. 11. quæ 9.* vbi quærit, an is, cuius votum ex causa semel commutatum est, satisfaciatur, si relicto opere substituto, impleat primum votum? Et respondit omnimodò satisfacere, quia potest quicquid ei renuntiare, quod pro se noscitur introductum, c. *statimus, de Regularibus*; certum autem est commutationem fieri in fauorem eius, qui vouit: immò commutatio sub ea tacite fit conditione, vt vouens impleat rem substitutam nisi malit votum implere, ne iuxta pœnitentiæ humanitas amputetur, quo modo & appellationem interpositam licet reuocare, l. *si quis libellos, C. de appellat.* Vnde colligitur, hoc locum habere etiam, quando commutatio facta est in melius. Sic Malderus.

2. Sed contraria sententia semper mihi visa est probabilior, quam ex neotericis amplexi sunt Sanchez de *matrim. tom. 2. lib. 8. disp. 9. num. 21.* & præter Doctores quos citat, & sequitur Bonac. *tr. de legib. disp. 4. quæ 2. punct. 7. §. 3. num. 10.* tenet etiam hanc opinionem Io. Malderus *in 2.2. r. 10. C. 5. dub. 11. quæ 9.* vbi quærit, an is, cuius votum ex causa semel commutatum est, satisfaciatur, si relicto opere substituto, impleat primum votum? Et respondit omnimodò satisfacere, quia potest quicquid ei renuntiare, quod pro se noscitur introductum, c. *statimus, de Regularibus*; certum autem est commutationem fieri in fauorem eius, qui vouit: immò commutatio sub ea tacite fit conditione, vt vouens impleat rem substitutam nisi malit votum implere, ne iuxta pœnitentiæ humanitas amputetur, quo modo & appellationem interpositam licet reuocare, l. *si quis libellos, C. de appellat.* Vnde colligitur, hoc locum habere etiam, quando commutatio facta est in melius. Sic Malderus.

3. Hinc refert Lessius *lib. 2. cap. 40. dub. 11. num. 97.* quod si sapius facta sit commutatio, posse seruari quiduis illorum, in quod facta fuit, v. g. votum peregrinationis annuæ, commutatum est in mensuram confessionem, mensuram confessionem in ieiunium hebdomadarium, ieiunium hebdomadarium in certas preces quotidianas; potest vouens satisfacere voto, vel recitando illas preces, vel ieiunando singulis hebdomadis, vel confitendo singulis mensibus, vel annum peregrinationem suscipiendo. Sic ille.

4. Limitanda tamen hæc est sententia, cum Sanchez *vbi supra, num. 27.* & Molsec. *in summ. tom. 1. tract. 11. cap. 15. num. 223.* nisi vouens acceptaret commutationem in melius bonum, & id consultè faceret ad maiorem Dei cultum augendum, tunc non potest ad priorem materiam redire, quia illa commutatio facta est, non in sui, sed in Dei fauorem. Secus autem crederem, si in hoc euentu commutatio facta esset in bonum æquale; immò si res sit dubia, an commutatio in melius facta, sit in Dei fauorem, puto licitum esse vouenti redire ad priorem materiam, & primum votum.

tionem in melius bonum, & id consultè faceret ad maiorem Dei cultum augendum, tunc non potest ad priorem materiam redire, quia illa commutatio facta est, non in sui, sed in Dei fauorem. Secus autem crederem, si in hoc euentu commutatio facta esset in bonum æquale; immò si res sit dubia, an commutatio in melius facta, sit in Dei fauorem, puto licitum esse vouenti redire ad priorem materiam, & primum votum.

5. Restat modò respondere ad argumentum contrarie sententia. Dico igitur illam commutationem non habere vim noni voti independentem à priori, sed prius votum in materiam commutatam extinguit ad eum effectum, vt acceptans illam commutationem, nullo euentu teneatur ad prius votum, & priorem materiam, sed totum hoc cum conditione, ad eum effectum, vt qualiscumque sit materia subrogata, liberum sit vouenti, redire ad prioris voti materiam.

RESOL. LXXVI.

An qui elegit aliquam ex commutationibus, & in aliis renunciauit, possit redire ad prius votum, vel ad aliam commutationem? Ex p. 3. r. addit. Ref. 18.

§. 1. **D**E hac questione egimus in part. 2. r. 16. r. fol. 6. & pro parte negatiua nouissime stat Aegidius Trullench *in expos. Bull. Crue. lib. 1. §. 7. c. 3. dub. 14. num. 10.* qui citat Sanchez, quia per nouam electionem censetur de nouo vouisse, & ideo vt ad prius votum, vel ad aliam materiam subrogatam possit redire, requiritur noua commutatio. Verum contrariam sententiam probabilem esse existimo, quam tenet Villalobos *in summ. tom. 1. r. 27. claus. num. 34.* vbi sic ait, [Atunque se aya comutado el voto, y dexar la comutacion, Mas dize Sanchez que si renuncio la comutacion y se boluio al primero voto, no puede vstar ya de la comutacion, porque ya de nuego se obligo à Dios, por aquel acto. Mas a mi pareceme esta opinion dura pues no haze nueuo voto, y ansi que podra cumplir lo vno, y lo otro.] Ita ille, Est igitur vtraque sententia satis probabilis.

Quæ hic est Ref. antecedens, & §. Hinc, & seq. & lege etiam aliam Ref. eius anno.

RESOL. LXXVII.

Olim quidam Confessarius scrupulis cruciabat, ad cognoscendam iustam causam pro commutatione votorum.

Et docetur, quod quando commutantur vota, etiam in bonum æquale, opus est aliqua causa ultra Prælati auctoritatem.

Et an Sacerdos commutans votum in æquale sine iusta & legitima causa peccet mortaliter, vel saltem venialiter?

Et quid, si virtute Cruciatæ, vel alicuius Iubilæi faciat Confessarius commutationem, an possit commutare vota in aliud minus? Ex p. 2. r. 16. & Misc. 2. Ref. 8. aliàs 10.

§. 1. **R**espondi, verum esse, ex communi DD. sententia, quod quando commutantur vota, Ref. seq. §. etiam in bonum æquale, est opus aliqua causa, vltra Prælati auctoritatem. Ita Clauis Regia *lib. 6. cap. 12. num. 8. & 25.* Filliuc. *in quest. moral. tom. 2. tract. 26. cap. 10. num. 285.* Azorius *tom. 1. lib. 11. cap. 18. quæ 3.* Grassius *in dec. part. 1. lib. 2. cap. 30. num. 6.* Malder. *in 2.2. r. 10. cap. 5. dub. 11. quest. 5. & alij.* Tamen sufficit, vt ista causa sit leuis, & parua, Et sic ait Fernandez *in exam. Theolog. mor. part. 1. cap. 6. §. 11. n. 4.*

sup. hoc in Ref. seq. §. Tertiò, ad lin. 4.